Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



timore horribili. et mirabuntur in subitacione
insperate salutis. dicentes intra se peniten
cia agentes. et pangustia spe gementes. Hi
sunt quos aliquando habuimus inderisui.
et in similitudine improperii. Nos insensati
uita illorum estimabamus insaniam. et finem
illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt
inter filios dei. et inter sanctos sors illorum est.
Illo t. Dixit d. i. d. s. Iohanne.
Non turbetur cor uestrum. Credatis in deum.
et in me credite. In domo patris mei man
siones multe sunt. Si quominus dixisse uobis.
quia uado parare uobis locum. Et si abiero et
preparauero uobis locum. iterum uenio et acci
piam uos ad me ipsum. ut ubi sum ego et uos si
tis. Et quo ego uado scitis. et uiam scitis. Di
cit ei thomas. Domine. nescimus quo uadis. et
quomodo possimus uiam scire. Dicit ei ihc. Ego
sum uia. et ueritas et uita. Nemo uenit ad
patrem. nisi per me. Si cognouisseuis me. et pa
trem meum utique cognouisseuis. Et amodo